fiume Ege l'armata ateniese fu sbaragliata da Lisandro. Or egli non v'era: di che il fatto andò alla scapestrata: che egli era uomo perito di guerra, e generale di cento occhi: di che a tutti allora era avviso, che, se e' ci si fosse trovato, non avrebbon gli Ateniesi avuto quella rotta.

2. Ma, rovinate le cose, inteso esser la patria assediata, non procacciò sicurezza per sè, sì ajuto pe' suoi. E però a Farnabazo si condusse satrapo di Jonia e di Lidia, e genero e parente del Re: della grazia del quale quantunque fosse assai bene, durò tuttavia (con suo risico) grandi fatiche.

◆◆◆◆

Atheniensium a Lysandro sunt devictæ Sed tum abfuit: eoque pejus res administrata est. nam et prudens rei militaris, et diligens erat imperator. Itaque nemini erat his temporibus dubium, si adfuisset, illam Athenienses calamitatem accepturos non fuisse.

11. Rebus autem afflictis cum patriam obsideri audisset, non quæsivit, ubi ipse tuto viveret, sed unde præsidio posset esse civibus suis. itaque contulit se ad Pharnabazum satrapen Joniæ et Lydiæ, eundemque generum Regis et propinquum: apud quem ut multum

Da che soggiogati gli Ateniesi, rotta gli Spartani la lega fatta con Artaserse, e mandato Agesilao a far guerra nell' Asia, stretti spezialmente da Tisaferne, stato al Re amicissimo ed ora nemico, e cogli Spartani collegato; contra costui Farnabazo ebbe nome di generale; ma, a dir vero, Conone comandava l'armata, e tutto dipendeva da lui. Questi seppe tener fronte ad Agesilao capitano spertissimo, e spesso attraversò i suoi disegni: tutti conoscendo, che (lui non essendoci) Agesilao avrebbe tolto al Re l' Asia fino al Tauro. il quale richia-

---

gratia valeret, multo labore multisque effecit periculis. Nam cum Lacedæmonii, Athenienisibus devictis, in societate non manerent, quam cum Artaxerxe fecerant, Agesilaumque bellatum misissent in Asiam, maxime impulsi a Tissapherne, qui ex intimis Regis ab amicitia ejus defecerat, et cum Lacedæmoniis coierat societatem; hunc adversus Pharnabazus habitus est imperator: re quidem vera exercitui præfuit Conon, ejusque omnia arbitrio gesta sunt. Hic multum ducem summum Agesilaum impedivit, sæpeque ejus consiliis obstitit. neque vero non fuit apertum, si ille non fuisset, Agesilaum A-

mato da' suoi, perchè i Beozi e gli Ateniesi avevano fatta oste sopra gli Spartani; ciò non pertanto Conone seguitò a starsi appo i prefetti del Re, a' quali tutti era di grandissimo pro.

3. Tisaferne s' era ribellato dal Re; nè ciò da Artaserse si sapeva, nè dagli altri. da che, quantunque ribelle, pe' suoi molti e grandi meriti avea grande stato col Re. Nè fa maraviglia, se e' non ne pigliava sospetto, rammentando aver (sua mercè) vinto il fratel Ciro. Ad accusar costui, Conone mandato da Farnabazo al Re, appena arriva-

siam Tauro tenus Regi fuisse erepturum. qui posteaquam domum a suis civibus revocatus est, quod Bœotii et Athenienses Lacedæmoniis bellum indixerant, Conon nihilo secius apud præfectos Regis versabatur, iisque omnibus magno erat usui.

III. Defecerat a Rege Tissaphernes; neque id tam Artaxerxi quam cæteris erat apertum. multis enim magnisque meritis apud Regem, etiam cum in officio non maneret, valebat. Neque admirandum, si non facile ad credendum inducebatur, reminiscens, ejus se opera Cyrum fratrem superasse. Hujus accusandi gra-

to, di presente all' uso persiano s' accostò a Titrauste chiliarco primo ministro di stato, e a lui espose come volea parlare al Re; da che senza lui non c'è udienza. il quale a lui; Niente guasta: ma dimmi, se a bocca o per lettere; da che è forza, che al Re presentandoti, tu ti ponga ginocchione (il che coloro dicono proscinin); se ciò non piace a te, potrai per mio mezzo, sposta la tua commissione, venire agli attenti tuoi. Cui Conone; A me di vero non spiace onorare comechessia il Re; ma temo non sia di vergogna alla mia patria; se, ap-

****

tia Conon a Pharnabazo ad Regem missus, post quam venit, primum ex more Persarum ad chiliarcum, qui secundum gradum imperii tenebat, Tithraustem accessit, seque ostendit cum Rege colloqui velle; nemo enim sine hoc admittitur. Huic ille inquit, Nulla mora est: sed tu delibera, utrum colloqui malis, an per literas edere quæ cogitas: necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari te Regem quod προσκυνειν *illi vocant; hoc si tibi grave est, per me nihilo secius, editis mandatis, conficies quod studes. Tum Conon; Mihi vero, inquit, non est grave, quemvis honorem habere Regi; sed*

pena partito da quella che è solita dar leggi alle altre nazioni, meglio all' uso de' barbari m' acconcio, che al suo. E però a lui consegnò in una lettera ogni suo volere.

4. Lettala il Re, fu mosso dalla sua autorità per forma, che bandì Tisaferne ribelle, e comandò di portar la guerra sopra gli Spartani; a lui concedendo sceglier qual volesse per tesoriere. Conone disse, questo non esser cosa da sè, ma da lui che dovea ben conoscere i suoi; pregarlo però che desse tal carico a Farnabazo. Di qui di gran doni

◆◆◆◆

vereor, ne civitati meæ sit opprobrio, si, cum ex ea sim profectus, quæ cæteris gentibus imperare consueverit, potius barbarorum quam illius more fungar. Itaque, quæ volebat, huic scripta tradidit.

IV. Quibus cognitis, Rex tantum auctoritate ejus motus est, ut Tissaphernem hostem judicarit, et Lacedæmonios bello persequi jusserit, et ei permiserit, quem vellet, eligere ad dispensandam pecuniam. Id arbitrium Conon negavit sui esse consilii, sed ipsius, qui optime suos nosse deberet: sed se suadere, Pharnabazo id negotii daret. Hinc magnis muneribus

Digitized by Google

donato, fu mandato al mare per comandar navi da guerra a' Cipriani, a' Fenici e a tutte l'altre città di maremma, e mettere a ordine l'armata, che nella prossima estate dovea guardar il mare; datogli (giusta sua brama) Farnabazo in ajuto. Corsane la voce in Sparta, bene e diligentemente ordinarono i fatti loro; che ben conoscevano loro star sopra guerra maggiore, che se solo col barbaro avesser briga. Da che intendevano le regie truppe avere alla testa prode capitano ed avveduto, e con lui avere a combattere, che nè di numero poteano superar, nè di accorgimento. Così pen-

donatus ad mare est missus, ut Cypriis et Phœnicibus cæterisque civitatibus maritimis naves longas imperaret, classemque, qua proxima æstate mare tueri posset, compararet, dato adjutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedæmoniis est nuntiatum, non sine cura rem administrarunt; quod majus bellum imminere arbitrabantur, quam si cum barbaro solum contenderent. Nam ducem fortem et prudentem regiis opibus præfuturum ac secum dimicaturum videbant, quem neque consilio, neque copiis superare possent. Hac mente magnam con-

sando ragunano una bella e poderosa oste, e fanno vela sotto la condotta di Pisandro. Conone assalitili a Gnido, in una gran battaglia li mette in volta, si fa padrone di assai navi, assai ne affonda. Di che avvenne, che non che Atene, ma tutta Grecia eziandio, che era signoreggiata dagli Spartani, fu libera. Conone con alquante navi venne in patria: da capo fece fare le mura disfatte da Pisandro del Pireo e di Atene; e cinquanta talenti, che d'oro in oro avea avuti da Farnabazo, dona a' suoi cittadini.

5. A lui avvenne ciò che suole al resto degli

traluntur classem, proficiscuntur, Pisandro duce. Hos Conon apud Cnidum adortus magno prælio fugat, multas naves capit, complures deprimit. Qua victoria non solum Athenæ, sed etiam Græcia, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio, liberata est. Conon cum parte navium in patriam venit; muros dirutos a Lysandro utrosque et Piræi et Athenarum reficiendos curat. pecuniæque quinquaginta talenta, quæ a Pharnabazo acceperat, civibus suis donat.

r. Accidit huic, quod cæteris mortalibus. ut inconsideratior in secunda, quam in adver-

uomini avvenire ; che fu , cioè , meno avveduto nella prospera fortuna che nella contraria. Da che vinta l' armata de' Peloponnesi , avvisando aver vendicato le ingiurie della patria, portò le sue brame di là delle sue forze ; le quali però e buone erano e pie ; perocchè amò meglio ingrandire la signoria della patria che del Re. Da che per la battaglia di mare data da lui a Gnido, essendo venuto in gran voce , non pur fra' barbari che fra tutte le greche città , si diè di furto a dar opera di ricoverare la Jonia e l' Eolia agli Ateniesi. Ciò non tenendosi , quanto si dovea , segreto ; Tiribazo

sa esset fortuna . Nam , classe Peloponnesiorum devicta , cum ultum se injurias patriæ putaret , plura concupivit quam efficere potuit. Neque tamen ea non pia et probanda fuerunt , quod potius patriæ opes augeri , quam Regis maluit. Nam cum magnam auctoritatem sibi pugna illa navali , quam apud Cnidum fecerat , constituisset , non solum inter barbaros , sed etiam inter omnes Græciæ civitates , clam dare operam cœpit , ut Joniam et Æoliam restitueret Atheniensibus . Id cum minus diligenter esset celatum , Tiribazus , qui Sardibus præerat ,

governatore di Sardi, chiama a sè Conone, facendo vista volerlo mandare al Re per cosa di rilievo. Di tratto venuto a lui per tal chiamata Conone, fu cacciato in prigione, dove stette alcun tempo. Alcuni hanno scritto essere stato condotto al Re, ed ivi morto. All' opposto lo storico Dinone, cui noi grandissima fede aggiustiamo nelle cose persiane, ha scritto lui esser fuggito; non sa però se con saputa di Tiribazo, o senza.

◆◆◆◆

Cononem evocavit, simulans ad Regem eum se mittere velle. Magna festinatione hujus nuntio parens cum venisset, in vincula conjectus est: in quibus aliquandiu fuit. Nonnulli eum ad Regem abductum, ibique periisse, scriptum reliquerunt. Contra ea Dinon historicus, cui nos plurimum de persicis rebus credimus, effugisse scripsit. Illud addubitat, utrum Tiribazo sciente an imprudente sit factum.

IL FINE

DELLA VITA DI CONONE

Digitized by Google

DIONE

VITA DECIMA

DI

CORNELIO NIPOTE

Digitized by Google

1. Dione siracusano d' Ipparino, di gran nazione, si trovò inviluppato in tutte e due le tirannidi de' Dionisi. Da che il maggiore ebbe in moglie un' Aristomache sorella di Dione, della quale ebbe due figliuoli maschi Ipparino e Nisco, e due femmine Sofrosine e Arete. La maggior delle quali e' diede in moglie al figliuol Dionisio, quello appunto a cui lasciò il regno; l'altra, Arete, a Dione. Il qual Dione poi, senza la chiarezza del pa-

1. *Dion Hipparini filius syracusanus, nobili genere natus, utraque implicatus tyrannide Dionysiorum. Nanque ille superior Aristomachen sororem Dionis habuit in matrimonio, ex qua duos filios Hipparinum et Nysæum procreavit, totidemque filias nomine Sophrosynen et Areten: quarum priorem Dionysio filio eidem, cui regnum reliquit, nuptum dedit; alteram Areten Dioni. Dion autem præter*

rentado e 'l nome de' maggiori, ebbe molti altri doni di natura. soprattutto bell' ingegno, docile, alle buone arti acconcio: assai nobil presenza, che non è piccolo ajuto: oltre a questo, grandi ricchezze dal padre avute, e co' doni del tiranno accresciute. Era dimestichissimo di Dionisio il maggiore sì per esser bene costumato, sì per parentela: da che quantunque forte gl' increscesse la crudeltà di Dionisio, ciò non pertanto adoperava che e' fosse salvo sì per la parentela, e sì (che era il più) per lo ben de' suoi. Consigliava il tiranno nelle cose di rilievo, ed era il suo consiglio a lui di

◆◆◆◆

nobilem propinquitatem generosamque majorum famam, multa alia ab natura habuit bona: in his ingenium docile, come, aptum ad artes optimas, magnam corporis dignitatem, quæ non minimum commendat: magnas præterea divitias a patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionysio priori, neque minus propter mores quam affinitatem. Nanque etsi Dionysii crudelitas ei displicebat, tamen salvum esse propter necessitudinem, magis etiam suorum caussa, studebat. Aderat in magnis rebus: ejusque consilio multum moveba-

gran peso, dove però qualche forte passione attraversato non l'avesse. Le legazioni poi tutte più riguardevoli per Dione si governavano. Le quali certo egli adempiendo bene e diligentemente, e fedelmente governando, colla sua dolcezza facea il contrappeso al crudelissimo nome di tiranno. Lui mandato ambasciador di Dionisio ammirarono per forma i Cartaginesi, che mai non sentiron parlar greco con tanto piacere.

2. Queste cose Dionisio ele vedeva, e ben avvisava, in quanto suo buon acconcio gli tornassero. Di che avveniva, che con lui solo usasse ogni

◆◆◆◆

tur tyrannus, nisi qua in re major ipsius cupiditas intercesserat. Legationes vero omnes, quæ essent illustriores, per Dionem administrabantur: quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter administrando, crudelissimum nomen Tyranni sua humanitate tegebat. Hunc a Dionysio missum Carthaginenses suspexerunt, ut neminem unquam græca lingua loquentem magis sint admirati.

11. Neque vero hæc Dionysium fugiebant: nam quanto esse sibi ornamento sentiebat. Quo fiebat, ut uni huic maxime indulgeret, neque

condescendenza, e qual figliuolo l'amasse. Il quale, corsa voce in Sicilia Platone esser venuto a Taranto, non potè a Dione negare di farlo venire a sè, morendo lui di voglia di sentirlo. Adunque gliene fece copia, e fece con gran pompa quello venire in Siracusa. al quale Dione portò riverenza ed amore per forma, che tutto si mise in sue mani. Nè mica Platone rimase men preso di Dione. da che, sebben fosse stato crudelmente offeso dal tiranno Dionisio, che l'avea fatto vendere; nondimeno là medesimo ritornò, mosso pur dalle preghiere di Dione. In questo mezzo cadde in-

◆◆◆◆

eum secus diligeret ac filium. Qui quidem, cum Platonem Tarentum venisse fama in Siciliam esset perlata, adolescenti negare non potuit, quin eum arcesseret, cum Dion ejus audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic veniam, magnaque eum ambitione Syracusas perduxit. Quem Dion admiratus est, atque adamavit, ut se totum ei traderet. Neque vero minus Plato delectatus est Dione. Itaque cum a Dionysio tyranno crudeliter violatus esset, quippe quem venundari jussisset, tamen eodem rediit, ejusdem Dionis precibus adductus. Interim in morbum

fermo Dionisio, e andando sempre di male in peggio, Dione dimandò a' medici, Come sta? e seguitò, Ditemi in segreto, se v'è nulla di peggio a temere; da che voglio parlar con lui della partizion del regno; da che egli pensava i figliuoli da lui avuti della sorella sua dover essere a parte del regno. I medici il segreto non tennero, e ogni cosa rapportarono al figliuol Dionisio: il quale mosso da ciò sforzò i medici a dare al padre un alloppiato, per non lasciarlo parlar con Dione. L'ammalato presolo profondamente assopito, di vita passò.

****

incidit Dionysius: quo cum graviter conflictaretur, quæsivit a medicis Dion, quemadmodum se haberet: simulque ab his petiit, si forte majori esset periculo, ut sibi faterentur; nam velle se cum eo colloqui de partiendo regno, quod sororis suæ filios ex illo natos partem regni putabat debere habere. Id medici non tacuerunt, et ad Dionysium filium sermonem retulerunt: quo ille commotus, ne agendi cum eo esset Dioni potestas, patri soporem medicos dare coegit. Hoc æger sumpto, somno sopitus, diem obiit supremum.

3. Di qui il principio della nimistà fra Dione e Dionisio, che per assai motivi s' accrebbe. Tuttavia dapprima per alcun tempo passò fra loro una maschera di amicizia, non rimanendo Dione di confortar Dionisio a far venire da Atene Platone, e averlo a consigliere. Egli che in alcuna cosa voleva far la scimia del padre, così fece; e così pure fe' tornare in Siracusa lo storico Filisto, uomo propenso del pari al tiranno e alla tirannia. Ma di costui io ho scritto assai cose in quel libro, che de' greci storici parla. Platone poi ebbe tanto di au-

◆◆◆◆

III. Tale initium fuit Dionis et Dionysii simultatis; eaque multis rebus aucta est: sed tamen primis temporibus aliquandiu simulata inter eos amicitia mansit. Cumque Dion non desisteret obsecrare Dionysium, ut Platonem Athenis arcesseret, et ejus consiliis uteretur. Ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem ei gessit, eodemque tempore Phylistum historicum Syracusas reduxit hominem amicum non magis tyranno, quam tyrannidi. Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de historicis græcis conscriptus est. Plato autem tantum apud Dionysium autoritate potuit, valuit-

torità appo Dionisio, e tanto coll' eloquenza potè, che 'l confortò a levar via la tirannide da Siracusa e renderle libertà. Dal qual proponimento svolto da Filisto, cominciò ad essere un po' troppo crudele.

4. Costui conciossiachè vedesse sè stare al di sotto di Dione in ingegno, credito e amore del popolo, temendo non forse (seco ritenendolo) gli mettesse in mano il destro di opprimerlo; gli dette una galea perchè s' andasse a Corinto, dando vista di farlo per bene di ambedue, acciocchè, dovendo ciascuno vivere in timore dell' altro, forse l' uno non rubasse all' altro la mano. Di ciò

que eloquentia; ut persuaserit tyrannidis facere finem, libertatemque raddere Syracusanis. A qua voluntate Phylisti consilio deterritus, aliquanto crudelior esse cœpit.

IV. Qui quidem, cum a Dione se superari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens, ne si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi, navem ei triremem dedit, qua Corinthum deveheretur, ostendens, se id utriusque facere caussa, ne, cum inter se timerent, alteruter alterum præoccuparet. Id cum factum multi indignarentur, ma-

indegnando molti, e tornando in grande odio del tiranno; Dionisio fe' imbarcar tutto il mobile di Dione, e glielo mandò. da che voleva in tal modo far credere, sè aver fatto ciò non per odio che con lui s'avesse, ma per sua salvezza. Di poi, come sentì lui levar gente nel Peloponneso e dar opera di fargli guerra, diè in moglie ad un altro Arete donna di Dione, e fece allevare per forma il figliuolo di lui, che col fargliele tutte buone, in ogni dissoluzion si allargasse. Da che non essendo ancor giunto a pubertà il fanciullo, gli si conducevano bagasce: gli era dato il tuffo nel vino e nelle vi-

gnæque esset invidiæ tyranno; Dionysius omnia, quæ moveri poterant, Dionis in naves imposuit, ad eumque misit. Sic enim existimari volebat, id se non odio hominis, sed suæ salutis fecisse caussa. Postea vero quam audivit, eum in Peloponneso manum comparare, sibique bellum facere conari, Areten Dionis uxorem alii nuptum dedit: filiumque ejus sic educari jussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. Nam puero, prius quam pubes esset, scorta adducebantur: vino, epulisque obruebatur: neque ullum tempus sobrio re-

vande : nè gli si lasciava via nè verso da acquistar sobrietà. Questi, tornato il padre in patria, comportar non potè il cangiato tenor di vita (perocchè gli erano stati posti educatori per ravviarlo dalle usate maniere); cotalchè si gittò dal palco superior della casa, e così si morì. Ma torniamo a Dione.

5. Questi come venne in Corinto, ed ivi ricoverò cacciatone altresì da Dionisio Eraclide stato general di cavalleria : questi si dettero per ogni verso a ordinare la guerra ; ma con poco vantaggio. che la tirannide di tanti anni era creduta di

****

linquebatur. Is usque eo vitæ statum commutatum ferre non potuit, postquam in patriam rediit pater (nanque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent) ; ut se e superiore parte ædium dejecerit, atque ita interierit. Sed illuc revertor.

r. Postquam Corinthum pervenit Dion, et eodem perfugit Heraclides ab eodem expulsus Dionysio, qui præfectus fuerat equitum ; omni ratione bellum comparare cæperunt, sed non multum proficiebant. quod multorum annorum tyrannis magnarum opum putabatur. Quam ob

troppo potente. Perlaqualcosa pochi e' tirar potevano a collegarsi in un'impresa cotanto perigliosa. Ma Dione non tanto delle sue truppe sicuro che dell' odio del tiranno, con grandissimo ardire, con sole due navi da carico messosi in mare per dover soggiogare un impero di cinquanta anni, fatto forte di cinquecento navi da guerra, di diecimila cavalli e centomila fanti, sì di leggieri l' abbattè (e tutti l'ebbero per miracolo), che tre giorni dopo d'aver approdato in Sicilia, entrò in Siracusa. Di che si può conoscere non esservi regno sicuro, se non fatto forte dall'amore. Dionisio

◆◆◆◆

caussam pauci ad societatem periculi perducebantur. Sed Dion fretus non tam suis copiis, quam odio tyranni, maximo animo, duabus onerariis navibus, quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum centumque peditum millibus, profectus oppugnatum (quod omnibus gentibus admirabile est visum) adeo facile perculit, ut, post diem tertium, quam Siciliam attigerat, Syracusas introierit. Ex quo intelligi potest, nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia munitum. Eo tempore aberat Dionysius, et in Ita-

allora era assente; essendo in Italia aspettando la flotta; come quegli che s'avvisava nessuno dovergli venir incontro senza numerosa oste. Andò errato. Imperciocchè Dione co' medesimi tiranneggiati dal Re fiaccò l'alterezza di lui, e s' insignorì di tutta quella parte di Sicilia, che era stata all' obbedienza del tiranno: s' insignorì pure di Siracusa, salvo la fortezza e l'isola alla città congiunta; e a tale portò la cosa, che 'l tiranno voleva a questi patti far pace: Sia padrone di Sicilia Dione, Dionisio d' Italia, di Siracusa Apollocrate, al quale solo grandissima fede aggiustava Dionisio.

lia classem opperiebatur, adversariorum ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum. Quæ res eum fefellit. Nam Dion his ipsis, qui sub adversarii fuerant potestate, regios spiritus repressit, totiusque ejus partis Siciliæ potitus est, quæ sub Dionysii potestate fuerat: parique modo urbis Syracusarum, præter arcem et insulam adjunctam oppido; eoque rem perduxit, ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet: Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionysius, Syracusas Apollocrates, cui maximam fidem uni habebat Dionysius.

6. Non aspettato rovesciamento venne dietro a cotanto prospere cose e tanto impensate. Da che la fortuna fu per mettere al fondo della ruota chi testè avea levato al sommo. In prima esercitò sua possanza nel figliuolo, del quale ho toccato qui sopra. da che rimenata la moglie, già data ad un altro, e richiamar volendo il figliuolo dal fondo de' vizi alla virtù; gravissima ferita ricevè il padre per la morte di lui. Quindi tra sè e Eraclide nacque discordia, il quale non volendo concedere a Dione il principato, ordinò congiura. Ed e' avea pur gran partito appo i nobili, per volere de' qua-

◆◆◆◆

VI. Has tam prosperas tamque inopinatas res consecuta est subita commutatio. Quod fortuna sua mobilitate, quem paullo ante extulerat, demergere est adorta. Primum in filio, de quo commemoravi supra, suam vim exercuit. nam cum uxorem reduxisset, quæ alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare ad virtutem a perdita luxuria; accepit gravissimum parens vulnus morte filii. Deinde orta est dissensio inter eum et Heraclidem, qui quidem Dioni principatum non concedens, factionem comparavit. Neque minus valebat apud optimates, quorum con-

Digitized by Google

li era ammiraglio, generale essendo Dione. Siffatta cosa tranquillamente Dione non portò, e quel verso d' Omero disse della seconda rapsodia, del quale ecco il sentimento: Uno stato non potersi ben governare da più capi. Il qual detto gli accattò odio a morte. da che si pareva lui aver detto chiaro di voler a comandare esser solo. Il quale odio e' non si studiò d' ammorzare colla dolcezza, sì con asprezza affogare; che ecco, venuto in Siracusa Eraclide, egli il fece ammazzare.

7. La cosa fe' tutti gelar di paura. da che niuno si vedea, lui spento, sicuro. Egli poi, toltosi

sensu præerat classi, cum Dion exercitum pedestrem teneret. Non tulit hoc animo æquo Dion, et versum illum Homeri retulit ex secunda rapsodia, in quo hæc sententia est: Non posse bene geri rempublicam multorum imperiis. Quod dictum magna invidia consecuta est. nanque aperuisse videbatur, se omnia in sua potestate esse velle. Hanc ille non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit; Heraclidemque, cum Syracusas venisset, interficiendum curavit.

VII. Quod factum omnibus maximum timo-

d' innanzi il rivale, con aperta soperchieria a' soldati spartì i beni di chi intendeva stati del partito a sè contrario. Fatta cotale spartizione, facendosi ogni giorno di grandissime spese, di tratto cominciò mancare il denaro; ed e' non sapeva onde cavarne, se non da' fondi degli amici. Ciò portava, che, riconciliatasi la truppa, s' inimicava co' nobili. Il pensiero delle quali cose lo trafiggeva, e non essendo uso d'aver mala voce, non poteva portar in pace d' essere in trista opinione presso coloro, che testè l'avevano levato in cielo. E la minuta gente (disgustata di lui la truppa) parlava alla li-

◆◆◆◆

rem injecit; nemo enim, illo interfecto, se tutum putabat. Ille autem, adversario remoto, licentius eorum bona, quos sciebat adversus se sensisse, militibus dispertivit. Quibus divisis, cum quotidiani maximi fierent sumtus, celeriter pecunia deesse cœpit; neque, quo manus porrigeret, suppetebat, nisi in amicorum possessiones. Id ejusmodi erat, ut, cum milites reconciliasset, amitteret optimates. Quarum rerum cura frangebatur, et insuetus male audiendi, non æquo animo ferebat, de se ab his male existimari, quorum paullo ante in cæ-

bera, dicendo persino non aversi a comportare un tiranno.

8. E' cotali cose veggendo, e non trovando via da acquetarle, e di tristi effetti temendo, un Callicrate ateniese, che insiem con lui era dal Peloponneso in Sicilia venuto, uomo astuto e natofatto alle frodi, senza alcuna coscienza nè fede; va e dice a Dione, lui trovarsi in gran pericolo sì per disgusto del popolo, sì per odio de' soldati: il che schifar non potrebbe, se non dando carico ad alcuno de' suoi di dar vista d' essergli nemico: se persona a ciò acconcia trovasse, di leggieri scopri-

◆◆◆◆

lum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem, offensa in eum militum voluntate, liberius loquebatur, et tyrannum non ferendum dictitabat.

VIII. Hæc ille intuens, cum quemadmodum sedaret nesciret, et quorsum evaderent timeret; Callicrates quidam civis atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat, homo et callidus et ad fraudem acutus, sine ulla religione ac fide, adit ad Dionem, et ait, eum in magno periculo esse propter offensionem populi et odium militum: quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum ne-

rebbe l'animo di tutti, e i nemici si toglierebbe d'innanzi; da che con un suo nemico tutti avrebbono aperto loro animo. Piacque cotale partito, e Callicrate stesso prende sopra di sè il negozio; e per la poca saggezza di Dione si arma: raguna compagni per ammazzarlo: s' accorda co' nemici di lui: mette in piè la congiura. Sapendosi la cosa da molti, omai fatta pubblica, vien rapportata ad Aristomache di Dione sorella, e ad Arete sua moglie. Le quali sbigottite per la paura, s' accontano con lui, della cui vita temevano. Ma quegli sostiene, da Callicrate non tramarglisi insidie; ma

◆◆◆◆

gotium daret, qui se simularet illi inimicum: quem si invenisset idoneum, facile omnium animos cogniturum, adversariosque sublaturum; quod inimici ejus dissidenti suos sensus aperturi forent. Tali consilio probato, excipit has partes ipse Callicrates; et se armat imprudentia Dionis: ad eum interficiendum socios conquirit: adversarios ejus convenit: conjurationem confirmat. Res, multis consciis quæ gereretur, elata refertur ad Aristomachen sororem Dionis, uxoremque Areten. Illæ timore perterritæ conveniunt, cujus de periculo timebant. At ille

ciò che facevasi, essere di suo ordine. Le donne nondimeno tirano Callicrate nel tempio di Proserpina, e 'l fanno giurare, da sè non aver Dione a temer cosa del mondo. E' per tal atto di religione, non pur non fu tolto giù dalla cosa intrapresa; anzi frugato di sollecitar la bisogna di presente; temendo non forse prima la trama fosse scoperta, che egli l'avesse condotta a fine.

9. Con questo pensiero, nella vicina festa, Dione tenendosi in casa dalla gente segregato, e coricatosi nel suo gabinetto; consegnò colui a' congiurati i forti della città: circondò di sentinelle il

negat, a Callicrate fieri sibi insidias; sed illa, quæ agerentur, fieri præcepto suo. Mulieres nihilo secius Callicratem in ædem Proserpinæ deducunt, ac jurare cogunt, nihil ab illo periculi fore Dioni. Ille hac religione non modo ab incepto non deterritus; sed ad maturandum concitatus est; verens, ne prius consilium aperiretur suum, quam conata perfecisset.

IX. Hac mente, proximo die festo, cum a conventu remotum se Dion domi teneret, atque in conclavi edito recubuisset; consciis loca munitiora oppidi tradidit: domum custodibus sep-

Digitized by Google

palazzo : gente sicura mise a guardia nelle porte : arma una galea e la dà al fratel suo Filocrate, imponendogli di menarla in su e in giù pel porto, quasi a modo che esercitar volesse i remiganti; con tal divisamento che (in caso di sinistro) avesse dove salvarsi. Scelse poi fra' suoi alcuni giovani di Zacinto arditissimi e fortissimi, e loro commette d'andar disarmati a Dione, sembiante facendo di fargli visita. Costoro (per esser gente conosciuta) si fecero entrare. i quali posto a mala pena il piè in camera, chiuse le porte, si gittano addosso a lui giacente : lo legano ; fanno rumore per

sit : a foribus qui non discederent, certos præfecit : navem triremem armatis ornat, Philocratique fratri suo tradit, eamque in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet ; cogitans (si forte consiliis obstitisset fortuna) ut haberet, quo fugeret ad salutem. Suorum autem e numero Zacynthios adolescentes quosdam elegit cum audacissimos tum viribus maximis, hisque dat negotium, ut ad Dionem eant inermes, sic ut conveniendi ejus gratia viderentur venire. Ili propter notitiam sunt intromissi. at illi, ut limen ejus intrarunt, foribus

essere intesi da fuori . Da questo termine fu facilcosa ad intendere (come per innanzi spesso abbiam detto) quanto sia odioso il potere di un solo, e quanto infelice la vita di chi ama meglio esser temuto, che amato . Da che le stesse guardie, essendo a lui affezionati, avrebbon potuto, abbattute le porte, liberarlo; perocchè coloro eran senz'armi, e le chiedevan da fuori, vivo tutt'ora tenendolo . ma non levandosi persona al suo aiuto, un Licone siracusano gittò a coloro per la finestra una spada; e così fu morto Dione .

◆◆◆◆

obseratis, in lecto cubantem invadunt: colligant; fit strepitus adeo, ut exaudiri posset foris. Hic (sicut ante sæpe dictum est) quam invisa sit singularis potentia, et miseranda vita, qui se metui, quam amari malunt, cuivis facile intellectu fuit. Nanque illi ipsi custodes, si propitia fuissent voluntate, foribus effractis servare eum potuissent; quod illi inermes, telum foris flagitantes, vivum tenebant. cui cum succurreret nemo, Lyco quidam syracusanus per fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est.

Digitized by Google

10. Fatta l'uccisione, essendo entrata a vederlo gran folla di popolo; alcuni, che non avevano avuto parte nella trama, sono ammazzati per omicidi da gente non consapevole del fatto. Da che di tratto corsa voce, essere stata fatta a Dione violenza, molti erano corsi, a' quali tal misfatto incresceva. Mossi costoro da falso sospetto ammazzano chi loro capita innanzi. La morte del quale come si riseppe, la bassa gente (e fu maraviglia) tutta d'animo cangiossi. Conciossiachè chi avea lui vivo chiamato tiranno, or lo lodava come liberator della patria, discacciator di tiranni. Così

◆◆◆◆

x. Confecta cæde, cum multitudo visendi gratia introisset; nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. Nam celeri rumore dilato, Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falsa suspicione ducti, immerentes, ut sceleratos, occidunt. Hujus de morte ut palam factum est, mirabiliter vulgi immutata est voluntas. Nam qui vivum eum tyrannum vocitarant, eundem liberatorem patriæ tyrannique expulsorem prædicabant. Sic subito misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine, si possent, ab Acheronte cuperent

dal vedere al non vedere la compassione succedette all' odio per forma, che, se avessero potuto, col loro sangue eziandio l' avrebbon da morte a vita richiamato. Adunque fu sepolto nel luogo più orrevole della città, e a spese del comune gli fu fatto il mausoleo. Morì in età di cinquantacinque anni, o in quel torno; quattr' anni dappoi, che dal Peloponneso s' era in Sicilia tornato.

◆◆◆◆

redimere. Itaque in urbe celeberrimo loco elatus, publice sepulcri monumento donatus est. Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus; quartum post annum quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.

IL FINE

DELLA VITA DI DIONE

Digitized by Google

Digitized by Google

IFICRATE

VITA UNDECIMA

DI

CORNELIO NIPOTE

Digitized by Google

Digitized by Google

1. Ificrate ateniese non tanto venne in fama per grandi opere, quanto per militar disciplina fu rinomato. Da che fu tal capitano, che non pur si mettea tra' migliori del suo tempo; ma nè degli antichi eziandio un solo gli si mettea innanzi. Fu in molte guerre, e assai volte generale: non mai per sua colpa gli disse male alcuna battaglia: sempre vinse per avvedimento; e riuscì siffatto, che nella milizia e molte cose di nuovo trovò, e mol-

1. Iphicrates atheniensis non tam magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux, ut non solum ætatis suæ cum primis compararetur; sed ne de majoribus natu quidem quisquam anteponeretur. Multum vero in bello est versatus, sæpe exercitibus præfuit: nusquam culpa sua male rem gessit: semper consilio vicit; tantumque eo valuit, ut multa in re militari partim nova

te ne migliorò . Da che e' mutò le armi della fanteria; usando, prima che e' fusse generale, scudi grandissimi, aste corte e picciole spade: ma egli invece della parma fece la pelta; donde d'allora in qua i fanti fur detti peltasti, acciocchè a' movimenti ed affrontamenti fossero più spediti: fece le aste più grosse il doppio, e più lunghe le spade: mutò parimenti le corazze, e in vece di quelle di ferro e di bronzo le dette di lino. Per lo che rese i soldati più pronti; da che, tolto il peso, provvide e che fossero difesi, e alla leggiera vestiti.

◆◆◆◆

attulerit, partim meliora fecerit. Nanque ille pedestria arma mutavit; cum ante illum imperatorem, maximis clypeis, brevibus hastis, minutis gladiis uterentur: ille e contrario peltam pro parma fecit; a quo postea peltastæ pedites appellantur, ut ad motus concursusque essent leviores: hastæ modum duplicavit, gladios longiores fecit: idem genus loricarum mutavit, et pro ferreis atque æneis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit; nam pondere detracto, quod æque corpus tegeret, et leve esset curavit.

Digitized by Google

2. Fece la guerra co' Traci: rimise in trono Seute cogli Ateniesi collegato. A Corinto fu generale di tal disciplina, che non vi furono mai nella Grecia nè truppe sì bene addestrate, nè sì al capitano ubbidienti; e le avvezzò (dato dal generale il segno della battaglia) a mettersi in ordine per forma senza il capitano, che parea essere stato ogni soldato ordinato da un generale spertissimo. Con quest' armata sorprese in mezzo la coorte spartana; cosa che fu da tutta Grecia a cielo lodata. Nella stessa guerra da capo mise in volta tutta la loro armata; di che venne in gran voce. Avendo Artaserse vo-

◆◆◆◆

11. Bellum cum Thracibus gessit: Seuthen socium Atheniensium in regnum restituit. Apud Corinthum tanta severitate exercitui præfuit, ut nullæ unquam in Græcia neque exercitatiores copiæ, neque magis dicto audientes fuerint duci; in eamque consuetudinem adduxit, ut, cum prælii signum ab imperatore esset datum, sine ducis opera sic ordinatæ consisterent, ut singuli ab peritissimo imperatore dispositi viderentur. Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit; quod maxime tota celebratum est Græcia. Iterum eodem bello omnes copias eorum fu-

luto muover guerra al Re d' Egitto, chiese agli Ateniesi Ificrate per capitano della truppa presa a soldo, che era di dodicimila uomini. i quali in fatti siffattamente istruì nella militar disciplina, che come un tempo i soldati romani si dissero Fabiani, così appo i Greci furono in grande stima gl'Ificratesi. Egli andato pure a dar mano agli Spartani, raffrenò Epaminonda nella sua foga. da che senza di lui, i Tebani non sarebbon prima partiti di Sparta, che, presala, non l'avessero messa a ferro e a fuoco.

◆◆◆◆

gavit; quo facto magnam adeptus est gloriam. Cum Artaxerxes ægyptio Regi bellum inferre voluit, Iphicratem ab Atheniensibus petivit ducem, quem præficeret exercitui conductitio, cujus numerus duodecim millium fuit. quem quidem sic omni disciplina militari erudivit, ut quemadmodum quondam Fabiani milites romani appellati sunt, sic Iphicratenses apud Græcos in summa laude fuerint. Idem subsidio Lacedæmoniis profectus, Epaminondæ retardavit impetus. nam nisi ejus adventus appropinquasset, non prius Thebani Sparta abscessissent, quam captam incendio delessent.

3. Fu poi e d' animo e di persona grande del pari, ed ebbe proprio presenza da generale; che, appena vedutolo, mettea in tutti ammirazione di sè: ma era allentato anzi che no, e, secondochè conta Teopompo, poco della fatica sofferente. era però buon cittadino e lealissimo; il che fe' chiaro siccome in altre cose, così molto più nel guardare i figliuoli del macedone Aminta. Da che Euridice madre di Perdicca e di Filippo (morto Aminta) con questi due figliuoli ricoverò ad Ificrate, e fu difesa da lui. Morì vecchio, tornato in grazia de'suoi cittadini. Di capital delitto accusato

◆◆◆◆

III. Fuit autem et animo magno et corpore, imperatoriaque forma; ut ipso aspectu cuivis injiceret admirationem sui: sed in labore remissus nimis, parumque patiens, ut Theopompus memoriæ prodidit. bonus vero civis, fideque magna; quod cum in aliis rebus declaravit, tum maxime in Amyntæ macedonis liberis tuendis. Nanque Eurydice mater Perdiccæ et Philippi cum his duobus pueris (Amynta mortuo) ad Iphicratem confugit, ejusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem, placatis in se suorum civium animis. Caussam capitis semel dixit bello

solo una volta nella guerra sociale insieme con Timoteo, si difese e fu assoluto. lasciò un figliuol Menesteo avuto di donna di Tracia del Re Coto figliuola. interrogato questi chi più stimasse il padre o la madre; La madre, rispose. Maravigliandosi la gente di ciò; seguitò, E con ragione; perocchè mio padre (per quanto fu da lui) mi generò trace; mia madre all'opposto ateniese.

◆◆◆◆

sociali simul cum Timotheo, eoque judicio est absolutus. Menesthea filium reliquit ex Thressa natum, Coti Regis filia. is cum interrogaretur, utrum pluris patrem, matremne faceret; Matrem, inquit. Id cum omnibus mirum videretur; at ille, Merito, inquit, facio; nam pater quantum in se fuit, thracem me genuit, contra ea mater Atheniensem.

IL FINE

DELLA VITA DI IFICRATE

NIHIL OBSTAT

D. Joachimus Ventura Cens. Th.

NIHIL OBSTAT.

J. Gherardus de Rossi Cens. Phyl.

IMPRIMATUR.

Fr. T.D. Piazza S.P. Pro-Mag.

IMPRIMATUR.

J. Della Porta Patr. Constantinop. Vicesg.

HAG 2018238

Digitized by Google

RCMA

Digitized by Google